



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXV. De officio Primicerii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

2. Quod est Officium Archipresbyteri Urbani ?

Inter alia hoc ejus est officium, Missarum solennia in Episcopi absentia celebrare, cantumque Horarum auspicari, Orationes, quas vocant collectas, recitare, benedictiones impetiri: eamque in Ecclesia metropolitana aut cathedrali habet facultatem, quam fere quilibet Presbyter in sua Parochia.

c. 1. 2. & 3.
h. t. can. 1.
& Presbyteri
dist. 25.

3. Quod est officium Archipresbyteri Ruralis ?

Non solum vulgi, verum etiam Presbyterorum curam gerere, & qua quisque industria divinum opus exerceat, Episcopo suo renunciare. Cujus etiam decreta in parochiis per se vel alios executioni mandabit.

c. ult. h. t.

De Officio Primicerii.

TIT. XXV.

Hujus quoque olim fuit dignitas certa, eique jus quoddam coercendi annexum.

1. Quis dicitur Primicerius ?

Primicerius hoc loco dicitur Cantor seu Præcentor, sic dictus, quia primus

E 2

ia

in cera erat descriptus, in qua psallitium ordo describi solet. Quamvis

putent, simplex esse vocabulum, non compositum, & *cerius* nihil significat, sed tantum esse productionem sive ad

l. i. C. De mensuris. tamentum. Designati alias hoc nomine solet is, qui in dignitate aliquo net seu primus est: unde *Primicerius* *l. i. C. De forum,* *Primicerius Fabricæ,* *Primicerius fabricens.* *Notariorum* &c.

2. *Quod est officium Primicerii*

Præesse Diaconis, & cæteris tum in moribus, tum in officio, ac præcipue in cantu dirigendo, atque signando ea, quæ alii carere debent.

c. un. b. t. Sunt autem illi *Præcentores*, qui proprium faciunt Psalmodiæ, *Succentores*, Psalium Davidis juxta totum Antiphonæ inchoant, & *Concentores*, qui in Psalmodiam universo Choro absolvunt.

De Officio Sacristæ.

TIT. XXVI.

1. *Quis dicitur Sacrista.*

l. Sancimus **N**omen habet a sacris, quarum custodia illi incumbit, alias vocatur *l. C. De SS. Eccles.* *Thesaurarius*, a thesauri sacri custodia, *Custos sacrorum vasorum.*